# The Electronic *Manipulus florum*

www.manipulusflorum.com

## Abusio f

### cum fontibus proximo et primo

Ridiculosa res aut magis periculosa:
speculator cecus, doctor inscius,
precursor claudus, prelatus negligens,
preco mutus.

Gillibertus.

Vnde tunc cantatur:
*Inuenerunt me uigiles qui circuibant ciuitatem*,
debet enim sollicite uigilare
super greges sibi commissos:
nam, ut ait Gilbertus,
ridiculosa res est
← speculator cecus,
precursor claudus, prelatus negligens,
→ doctor insipidus et preco mutus.

Guillelmus Durandus, *Rationali diuinorum officiorum*, 1.7.15 (CCCM 140, A. Davril & T.M. Thibodeau eds., p.88, ll.131-135).

Ubi mirandum,
‘qua praesumptione audet fieri
speculator, qui est caecus,

praeco, qui est mutus,
pugil, qui est mancus,
medicus, qui est artis ignarus,
architectus, qui non vidit exemplar domus,
agricola, qui non novit aratrum vel semina’.

Gilbertus Turonensis, *Collectio de scandalis ecclesiae*, 7.2 (A. Stroick ed., p.41).